

D.

(Unecht.)

König Heinrich III. nimmt das Kloster Tolla und das des h. Constantius in Schutz gegen die Uebergriffe des Erzbischofs Wido von Mailand und verleiht den Aebten das Recht, sich an beliebigem Ort weihen zu lassen.

Strassburg 1047 (?) März 15.

Urkunde des 11. Jh. in Diplomform in der Vatikanischen Bibliothek zu Rom (A). — Stumpf Reg. 2315.

(C.) ✠ In nomine sanctae^a et individue trinitatis. Henricus tertius victoriosissimus^a rex. Nostrę providentie dignum necne iustum videtur, ut iusticia^b semper ✠ maneat in veritate et veritati eidem nichil preponatur, quoniam quidem, si iusticia a dei dispensatoribus non segniter fuerit recta et veritas ab eisdem non fuerit occultata, retributionem pleniter eis dominus in secundo sui adventus est redditurus, et sicut laus honor et gloria domino patri omnipotenti semper ab omnibus decet, ita eius membra, quod est ecclesia, sine intermissione augeri et honorari convenit. Insuper si mater sancta aecclesia a malis christianis devastetur, solliciti esse^a debemus eam eripere a dispersoribus atque ab inreligiosis^c et falsis hominibus et in melius componere atque firmare. Quapropter omnibus nostris fidelibus presentibus atque absentibus cognitum sit et futuris, quod quidam archiepiscopus Mediolanensis ab antecessoribus nostris recepit duo monasteria ad honorem sanctissimi^a et preciosissimi^a confessoris Christi Ambrosii^d in tutela atque salva defensione, ut [quandocum]que^e placuerit tantum in domino investituram faceret et statutum fiscum atque honorem omni anno haberet, unum vero monasterium in episcopatu Placentino quod [est] situm^e in loco qui nuncupatur Tolla, alium vero in episcopatu Taurinense^a et est consecratum in honore sancti Constantii, de quibus pro^a dolor ad nostras aures pervenit detestabilem famam, quod successor illius scilicet Uuido archiepiscopus voluit illa dissipare atque conabatur destruere. Idcirco adierunt Uuido Taurinensis pontifex nec non et Odolricus Brixienensis episcopus nostri consiliarii nostram imperatoriam proceritatem precibus multimodis flagitantes, quatinus pro amore atque timore cunctipotentis

a) A. b) an 'st' korr. c) dahinter Rasur von 5—6 Buchstaben.
d) 's' korr. aus 'x'. e) dem Raume nach ergänzt.